

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

Laurus. Emblema CCXI.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

in secundis rebus bonam quoq; mentem darent Dii, non ea solum, quæ euenissent, sed etiam ea, quæ euenire possent, reputaremus. D. Ambrosius, cum olim apud Thessalonicam seditio esset exorta, & Theodosius Imperator ira incensus, ex improviso plebem ad ludos congregatam à militibus obruncari iussisset, persuasit Imperatori, vt in omni pœna capitali sumenda spacium triginta dierum interponeretur à lata sententia ab Imperatore, ne is impetu & furore illa faceret, quorum est postea eum pœniteret, ea tamen non possent amplius emendari, & hac ratione locus misericordiz vel pœnitentiæ non periret. Sicut legimus in Sozomeni histor. Ecclesiast. lib. 7. cap. 24. Quod si idem ad res conscientiz traducere vis, deprehendes itidem non aliud præsentius peccati remedium esse, quam moram & deliberationem. Dies præuè traductos à fato colligi, & poni in expensis tabulis, indubitatum est: non perit quod perditum negligenter,

aut turpiter admissum credimus, quod laxu absumptum aut desidia, quod inter amores sæculi & curas lubrico lapsu euauit: in aduersaria venit & codicillos, unde ratio vitæ supputanda singulis aliquando infallibili calculo. Deus ipse notarius est, & chalybi incidit adamantino stylo quidquid omisum aut commissum. Magna itaq; cautione opus & prudentia, ne signum aliquod nostri aut calatura appareat in ferreo illo codice, ne contracto debito fidem & animam oppignoremus rigido creditori, qui ad sanguinem usq; vel assem minimum reperet, stricto & seuerio iudicio. Cauere possumus eodem præcunte & adiuuante, studio & voluntate, quæ ab altiori illa flamma sic incalecit interdum, vt posthabita vita vitæ quæ offendunt & displicent, adhibitis remedijs, quæ præuertant, aut morentur, & sistant impetum, sumpta deliberatione, & audito prius consilio mentis.

D. Ambrosij consilium.

Remedium peccati, mora & deliberatio.

Laurus.

EMBLEMA CCXI.



Kkk

PRÆ

PRÆSCIA venturi Laurus fert signa salutis:
Subdita puluillo somnia vera facit.

Aliud.

DEBETUR Carolo superatis laurea Pænis:
Victrices ornent talia ferta comas.

COMMENTARI.

I.
Lauri pi-
tura.

LAURVS non raro mediocri arboris altitudinem assequitur, ramis pluribus luxuriat, cortice virentibus. Folia ei oblonga, lata, dura, perpetuo virore decora, sua uolentia, sapere non nihil amaricania. Flores herbacei coloris secundum ramulos ac folia exeunt. Bacca siue fructus rotundis longiores, cortice integuntur nigricante. Subiuncta figura ad victoriam, & diuinandi caeremonias spectant, ut iam iam dicemus.

II.
Laurus
vaticiniij
nota.

APHTHONIVS Rhetor Laurum vaticinii symbolum esse prodidit: idcirco veteres *μαρτυριῶν φυτόν*, vaticiniam arborem, Laurum dixerunt, & Apollini diuinationis Deo sacram putarunt. Si enim strepitu quodam in igne crepuisset, felicitatem portendebat. Vide adagium, *Clamofur lauro ardente*. Huc pertinet ex Lucilio illud à Macrobio citatum libro sexto Saturni. cap. 4.

*Nec res vl a magis quam Phœbi Delphica
Laurus*

*Terribili sonitu flamma crepitante crema-
tur.*

2.
Item vi-
floria.

SECVNDVM epigramma indicat, Carolo V. victoriam Thunis referenti lauream coronam deberi, quam triumphantes antiquitus gestabant. Plinius 15. cap. vlt. idemq; miras lauri virtutes lib. 23. c. 8. Vibem eam ab Imperatore Carolo expugnatam anno 1535. ereptam Barbarofsa, suoque regi tandem restitutam, à patribus non ita dudum accepimus, qua de victoria libri editi circumferuntur.

III.

1.

PRÆSCIA venturi Sic potius legendum viatur, nam alia exemplaria habent, *Præscia ventura*. Sic etiam apud Claudian. 2. de raptu Proserp.

*...venturi præscia laurus
Fluctuat.*

De huius autem epitheti ratione vide Parthasium in Claudian. & Coelum Rhodig. lib. 5. Var. lect. cap. 7.

Fert signa salutis Laurum salutis symbolum esse ait, quoniam domum à fulmine securam præstare creditur. Vnde legimus Tiberium Cæsarem lauream coronam solitum gestare, præcipue cum tonabat, ut refert Suetonius in eius vita.

Laurum Pleriq; laurum Græce *λαύρον* dictam putant, à *λα*, intensiua particula, & *λαύρα*, quod est cano & uoco: quod in igne sonitum & crepitum edat: ut Latini à *λα*, particula, quam etiam dicunt habere vim intendendi, & *υρο*, ut significatione conueniat, non uoce. Vocatur autem hæc arbor Daphne, à puella sic uocata, ab Apolline adamata, & in hanc arborem uersa, ut canit Ouidius 1. Metamorph. Hanc Daphnen à Sparta diuinitus cultam fuisse honoribus, sed mutato nomine Paliphæa nuncupatam, à qua cerissima edereantur oracula, scribit in Agide Plutarchus.

Subdita puluillo &c.] supposita cervicali. Promittunt id Antiphon & Philochorus, qui de somniorum interpretatione scripserunt, quibus Artemon & Serapion Ascalonites adstipulantur, & Fulgentius Placides; si quis lauri frondes sub puluillo capiti subiectas habuerit, is uera somnia uictu est uisurus. Fides sit penes auctores. Vide Macrobius Saturn. 6. cap. 4.

LAVREA Corona ex lauro facta, quæ in triumphis adhibebatur. Q. Curtius lib. 4. Dextera præferens lauream, haud dubium uictoriae auspiciam.

Pænis Pæni fuere Carthaginenses: Pæni quo nomine Thunos intelligit, vel Thunenfes, qui eam regionem incolunt, in qua olim Carthago fuit, ut scriptores quidam tradunt, quorum in numero est Pacchimerius: qui tamen erroris conuincitur ab alijs quibusdam studiosis antiquitatum. Ea enim urbs Ptolemæo est *τυνντο*, Straboni *τύνης*, ut Tunicæ oppidum Plinio. Quia uero fortè Tunetum, uel ut alij Tunitum, digna monumentis literarum ciui-

Laurus
tuta à
fulmine.

Laurus
cur Da-
phne di-
ctum.

Vincit
tutus in
Cui
Dela
De conu-
uit. 1. Me-
Apollini
ta de re
LAV
ducimus
pellini
ramone
vulgo car-
tus vitiu-
creio que
pise etia-
estatus re-
accipit
tutum
haud dubi-
Quod se-
pogre
Laurus de
lari
& iustis
tissimam
Propertius
Et cano
Vnde ex
de condit
re raptu
Daphne
ad

Tunetum
que ciui-
tas

tas est, addo quæ sequuntur in studio-
rum gratiam. Tunc tum itaque Scipionis
ætatæ tumulus erat editior, vnde ille spe-
stavit Carthaginenses ad classem Roma-
norum exurædam accinctos. Post excisam
Carthaginem, eam incoluerit pulsi à Ro-
manis, patriæque carere coacti: quam ob
causam amplificata illa fuit, adeo vt noua
Carthago diceretur. Apuleius eam nomi-
nat Augustam amplissimam & honorifi-
centissimam. In ea fuere viri literatissimi,
& gymnasium celebre, in quo profiteretur
se contendisse D. Augustinus. Aberat olim
à Carthagine duodecim fermè passuum
millibus; locus tum arte, tum natura sua
pre tutus, & qui à Carthagine conspici &
præbere conspectum tum ad urbem, tum
ad circumfusum mare vbi posset. Doza
epist. 51. In Africa oppressis Tunetibus
grauiter premitur Goletta, quam olim
fuisse volunt Carthaginis portum,

Vitricis ornent talia signa comas.] Ho-
ratius initio 2. Carm. de Pollione Alinio;
*Cui Laurus æternos honores
Dalmatico peperit triumpho.*

De corona Laureâ triumphis aptata O-
uid. 1. Metamorph. vbi de puella fugiente
Apollinem in Laurum transformata. Quid
ea de re sentiant Mythologi, viderint ali-
j.

L A V R V S plura deuorat, vt ex his
duobus Epigrammatis patet. In primis A-
pollini Deo vaticino sacram esse, futuro-
rumque habere præfensionem quandam,
vulgo creditum est; siquidem nil crepitã-
tius vritur, sicut supra diximus, & à Lu-
cretio quoq; proditum nouimus: sed eo
prior etiamnum Theocritus canit. Hinc
euentus rerum ex crepantis modo veteres
auctu pabantur, quod nec Porphyrum la-
ruit: nam si crepisset abundè ac sonãtius,
haud dubiè, portendit felicitatem rebãtur.
Quod significat illo versiculo nobilis ele-
giographus Tibullus, lib. 2. eleg. 6.

*Laurus vbi bona signa dedit, gaudete con-
siliis.*

Et diuerso si tacita desagrasset, inauspica-
tissimum habebatur, quod etiam approbat
Propertius lib. 2.

Et tacet extincto laurus adusta foco.

Vnde etiam in valesijs amatorijs incẽ-
di consuevit, tanquam amantiũ querimo-
nias representans. Virgilius in Bucol.

*Daphnis me malus vrit, ego hanc in Daph-
nido laurum,*

Scribit Hesiodicæ Theogoniæ interpres,
laurum *ἰνεργεῖν πρὸς τὰς ἐθεσιασµίς.*
id est, efficacia esse auxiliij in numinum as-
suetu. Propterea in Cassandra Sophocles,
ἄφην φάγων ὄδοντι πρίστο σῶμα. Eo-
dem modo Lycophron, *ἄφην φάγων σοί-
ρα ζεν ἐκ λαϊµῶν ὄπα.* Hinc aperitur
Tibulli locus de Sibylla:

*Vera cavo sic vsq; sacras innoxia laurus
Vescar, & æternum sit mihi virginitas.*
Ex hoc & luuenalis dixit:

---- laurumq; momordit.
Certè *ἄφην φάγεις* dici vates scimus. Et Poetâ
Eustathius Apollinis corollam fuisse lau- *ἄφην φάγεις*
ream scribit, quam secum tulerit Chryses *γοι δίστι.*
in Græcorum exercitum venient. Lyco-
phronis interpres in Alexãdra, dici omnia
putat tabulosè, nisi quod vaticinãtes futu-
ra præcinebant lauro coronati, vt quæ sem-
per vireat. Vorare autè inde dicti, quon-
iam ferè diuinationum capturis alerentur. Qui
bus verò cogentur numina vel recedere
vel accedere, illis maximè versibus com-
nemur, qui appositi à Porphyrio ita fermè
Latinè sonant:

*Soluite ferta, pedes liquidis & spargite lym-
phis.*
*Ecq; manu ramum, lauros auferto virentis,
Linae sitq; omnis deleta, omnisque chara-
cter.*

Aristophanis interpres: Lauro, inquit, facit
dores coronabãtur, & diuina culi *εἰς γυῖνα
σµα τῆς ἑ γυῖνα*, quia esset id artis indicium
ac velut insigne. Laurum etiam poetis da-
ri supra asseruimus: Vbi id me obiter vnũ
mouet, quod Poetæ sibi hederam tribuũt, *Laurus
poetis da-
ta.*

arborem infrugiferam, soloq; virore per-
petuò celebrem. De hoc tamè faciliè tran-
silio aliorum coniectanea: & non displicet
cuiusdam non illepidum ea de re carmen,
quod excepit aliquando ex ore dicentis
Minos:

*Quid Lauui seme honore virent? Quia dia-
poetis*

*Despicitur lauris, principibusq; viris.
Nempe, poeta bonus non laurum p̄scit, at
aurum;*

Nec modo, si sapiat, esse poeta velit.

Deinde laurus est lymbolum salutis & in *Laurus
salutis
symbolũ.*
columitatis, id quod ex Proclo discimus,
qui ait, veteres laurum tutelæ consecra-
se, & in sacrificijs, & in locis vbicunq; vel
sata, vel affixa fuerit, incolumitatem præ-
bere: nam hæc vna arborum fulmine non

IV.
1.
Laurus
et vni-
diminãdi
Apollini
sacra.

icitur. Credebatur item laurus efficax aduersus venena: inde iactatum, vt qui se tutum à periculis & insidijs apprehendere vellet, diceret: *da plvny popo saktuplav*. id est: *Laurum gesto baculum*. vt apud Suidam legitur. Quin & Æscalapj caput laura redimitum non alia de causa dicitur, nisi quia ea arbor plurimorum sit remediolorum. Præstant & hordeo condito incomumitatem lauri folia, si sicca grumis immisceantur, aut supernè sternantur, diuq; à vitio conseruant, vt Demagerrontis præcepto admonemur in ijs, quæ à Constantino selecta sunt. Imò Romani, vt apud eundem Cæsarem, laurum boni Genij plâram sunt appellare soliti: persuasumque habuere, locum vbi laurus esset, neq; à saero vilo morbo, neq; à demone infestari. Et salutaris omnis gratia, folia ipsius à populo Calendis Ianuarij magistratibus aquis offerebantur, vnà cum caricis. Portata inter armatos hostes, erat indicium pacis & quietis, vt oliua. Hinc à Plinio dicitur pacifera. Statius:

Pacifera lauro crinem, vittisq; decorus.

Quod verò laurus capiti supposita dicitur somnia vera facere, superstitiosa vanitate non caret. Nam cum olim hæc superpositione excæcati somnia obseruare, ijsque fidere atq; ad sensum præbere soliti fuerint homines, Deus ter Max. qui neminem torqueri voluit anxij ac fallacibus rebus, quæ animæ tranquillitatem perturbant, vœuit, ne quis in his obseruandis esset curiosus, ac temerarias interpretationes cõfingeret, vt nobis sacre loquuntur literæ. Cæterum somnia illa obseruare licitum est, quæ in naturalium rerum ratione consistunt, sic tamè, vt non fixè ac stabiliter illis insistamus, cum plerumq; coniecturæ operatum euentum non consequantur. Imaginationes siquidem, & quæ per quietem simulacra menti obijciuntur, ex spirituum vaporumq; concursu atque agitatione excitantur, qui si crassi sint desique ac copiosi, aut nulla somnia animo obseruantur, aut confusè & obscure eamens discernit ac diiudicat. Quod in temulentis fit, aut quos æctus somnus ex lassitudine opprimit. Secus fit in ijs, qui moderato victu quieti se tradiderunt, ea parte animi in qua ratio & cõsiliu consistit, alacri & electa, corpore verò nec inopia defecto, nec satietate affluente oppres-

so: hi enim, cuiuscumq; operi interdiu iuncti sunt & occupati, resoluti in somnum corpore, retractant, secumq; versant atq; agitant. Quod etiq; pro vitæ suæ statu euenire, venusto carmine cõmõstrat Claudianus, dum ait:

Omnia qua sensu voluntur vota diurno, Tempore nocturno reddit amica quies. Venator defessa thoro di membra reponit, Mens tamen ad siluas, & sua lustra redit.

Iudicibus lites; auriga somnia curvus.

Vanaq; nocturnis meta cauetur equis, Gaudet amans furto; permutat nauita mercès;

Et vigil elapsas quarit auarus oper.

Blandaq; largitur frustra sitientibus agru Irriguus gelido pocula fonte sopor.

Me quoq; Musarum studium sub nocte selenit

Artibus innumeris sollicitare solet.

Et sanè vix alia animo obuersantur cogitationes aut simulacra, quàm corpus optimè constitutum est, quàm diurna actiones ac quotidiana munia. Quod si aliquando somnus nec perpetuus fuerit, nec placidus, sed inæqualis & interruptus, quem infomnia à memoratis diuersa comitantur, ac minus consueta visiones occurrunt: vel crassis, vt ait Plutarchus, humoribus abundare corpus, vel spiritus intus turbatos esse declarat. Sic temulenti & febricitantes absurdis infomnijs inquietari solent, adeo vt plerique horrenda spectra se videre imaginentur, lemures, striges, harpyias, & quod melancholicis peculiare, cadaverosas facies, vultusq; tetricos & tristes. Quibus verò bilis flana redundat, faeces, caedes, incendia, pugnas, rixas, iurgia mente concipiunt. Vt sanguinei tripudia, cantilenas, iocos, risus, ac quæque lasciuæ pituitosi largam aquæ copiam. Quare Medici non prolixè seiscitentur, qua ratione huiusmodi transacta sit, quibus infomniis mens fuerit exagitata: illa siquidem morbos affectusq; corporis indicat, atque humorum redundantiã commoustrant, certius quàm lauri ramus sub puluinari.

Est deniq; laurus victoriæ & triumphisignum, quod secundum indicat epigramma; vnde Plinius lib. 15. Laurus Romanis præcipue læticiæ victoriarumq; nuncia, additur litesis, & militum lanceis, pilisq;

Nam

Claudianus Carme lib. 3. præ-

saion,

Tempore nocturno reddit amica quies.

Venator defessa thoro di membra reponit,

Mens tamen ad siluas, & sua lustra redit.

Iudicibus lites; auriga somnia curvus.

Vanaq; nocturnis meta cauetur equis,

Gaudet amans furto; permutat nauita mercès;

Et vigil elapsas quarit auarus oper.

Blandaq; largitur frustra sitientibus agru

Irriguus gelido pocula fonte sopor.

Me quoq; Musarum studium sub nocte selenit

Artibus innumeris sollicitare solet.

Et sanè vix alia animo obuersantur cogitationes aut simulacra,

quàm corpus optimè constitutum est,

quàm diurna actiones ac quotidiana munia.

Quod si aliquando somnus nec perpetuus fuerit,

nec placidus, sed inæqualis & interruptus,

quem infomnia à memoratis diuersa comitantur,

ac minus consueta visiones occurrunt:

vel crassis, vt ait Plutarchus, humoribus abundare corpus,

vel spiritus intus turbatos esse declarat.

Sic temulenti & febricitantes absurdis infomnijs inquietari solent,

adeo vt plerique horrenda spectra se videre imaginentur,

lemures, striges, harpyias, & quod melancholicis peculiare,

cadaverosas facies, vultusq; tetricos & tristes.

Quibus verò bilis flana redundat, faeces, caedes, incendia, pugnas, rixas, iurgia mente concipiunt.

Vt sanguinei tripudia, cantilenas, iocos, risus, ac quæque lasciuæ pituitosi largam aquæ copiam.

Quare Medici non prolixè seiscitentur, qua ratione huiusmodi transacta sit,

quibus infomniis mens fuerit exagitata: illa siquidem morbos affectusq; corporis indicat, atque humorum redundantiã commoustrant,

certius quàm lauri ramus sub puluinari.

Est deniq; laurus victoriæ & triumphisignum, quod secundum indicat epigramma;

vnde Plinius lib. 15. Laurus Romanis præcipue læticiæ victoriarumq; nuncia,

additur litesis, & militum lanceis, pilisq;

Nam

Clauus

lib. 3. præ-

saion,

Tempore nocturno reddit amica quies.

Venator defessa thoro di membra reponit,

Mens tamen ad siluas, & sua lustra redit.

Iudicibus lites; auriga somnia curvus.

Vanaq; nocturnis meta cauetur equis,

Gaudet amans furto; permutat nauita mercès;

Et vigil elapsas quarit auarus oper.

Blandaq; largitur frustra sitientibus agru

Irriguus gelido pocula fonte sopor.

Me quoq; Musarum studium sub nocte selenit

Artibus innumeris sollicitare solet.

Et sanè vix alia animo obuersantur cogitationes aut simulacra,

quàm corpus optimè constitutum est,

quàm diurna actiones ac quotidiana munia.

Quod si aliquando somnus nec perpetuus fuerit,

nec placidus, sed inæqualis & interruptus,

quem infomnia à memoratis diuersa comitantur,

ac minus consueta visiones occurrunt:

vel crassis, vt ait Plutarchus, humoribus abundare corpus,

vel spiritus intus turbatos esse declarat.

Sic temulenti & febricitantes absurdis infomnijs inquietari solent,

adeo vt plerique horrenda spectra se videre imaginentur,

lemures, striges, harpyias, & quod melancholicis peculiare,

cadaverosas facies, vultusq; tetricos & tristes.

Quibus verò bilis flana redundat, faeces, caedes, incendia, pugnas, rixas, iurgia mente concipiunt.

Vt sanguinei tripudia, cantilenas, iocos, risus, ac quæque lasciuæ pituitosi largam aquæ copiam.

Quare Medici non prolixè seiscitentur, qua ratione huiusmodi transacta sit,

quibus infomniis mens fuerit exagitata: illa siquidem morbos affectusq; corporis indicat, atque humorum redundantiã commoustrant,

certius quàm lauri ramus sub puluinari.

Somnia qua obseruanda, qua non.

Somnia varia præ humoru redudantia.

Laurus signum victorie et triumphis.

Nam notum est, Impetratores Romanos solitos esse, re bene gesta, literas lauro reuincas mittere, victoriarumq; & laticiae nuncios, quae Laureatae dicebantur, quod in Epistolis ad Atticum & alibi habetur. Hinc Quidius:

Non ego victrices lauro vedimire tabellas,

Nec Veneris media ponere in ade morer.

Constat & illud, Imperatores triumphantes capite coronam ex lauro Delphica siue sterili initio gestasse, postea cum Luitio Drusilla sub Augusti nuptias in Veientano suo sedenti, aquila ex alto galinam conspicui candoris, ramum lauri baccis onustum rostro tenentem in gremium demississet illasam, & conseruari autem & sobolem aruspices iussissent, ramumq; cum feri & xite custodiri: inde tanta pullorum soboles genita est, vt Tranquillus ad sua vsq; tempora villam eam *Ad Gallinas*, vocitaram attestetur. Ex ramo vero tam feliciter silua prouenit, vt ex ea triumphans postea Caesar laurum in manu teneret, & coronam in capite gereret: atque inde Imperatores cuncti mox omnino causa laureas decerperent, traditusque mos est, ramos quos tenuissent confestim eodem loco serendi. Auctor est Plinius libro citato, cap. 30. Suetonius in Galba, Dio lib. 48. alij. Adeo vero laurus triumphantium propria fuisse videtur, vt obseruatum sit, in huiusmodi laureto sub cuiusq; obitum arborem ab ipso instam clanguisse. Ex quo etiam prodigij causam intelligas, quod Iulij Caesaris eadem praemonstrauit, cum pridie Idus Martias auis regaliolus cum laureo ramulo Pompeianae curiae sese inferens, à varij generis volucibus ex proximo nemore persequētib; ibidem discepta est. Nouissimo vero Neronis anno, in quo Caesarum progenies defecit, silua illa Veientana radicitus exaruit, & quidquid ibi gallinatum erat, interijt. Adhibebatur autem laurus in triumphis non quia perpetuo vireret, nec quia pacifera esset (praeferenda enim ei vtriq; olea) sed quia

spectatissima in monte Parnaso, ideo etiam graua Apollini esse crederetur, assuetis eodona mittere iam & regibus Romanis, teste L. Bruto. Fortasse etiam in argumentum, quoniam ibi libertatem publicam ismeruisset, lauriferam tellurem illa ocellatus ex responso: & quia manu satarum receptorumq; in domo, sola non tangitur fulmine. Ob has causas Plinius credit honorem ei habitum in triumphis potius, quam quia suffimentum sit cedis hostium & purgatio, vt Malsurius & Festus tradiderunt. Addo ego quoq; aliam causam ex dictis elicitam, nepe ob victoriam à triumphantibus reportatam: nam laurum aliquando victoriam praemonstrasse fidem facit ea, quae in domo Alexandri Seueri in infantuli nata iuxta Persicum arborem, intra vnum annum ipsam Persicum incremento mirabili superauit: vnde aruspices futurum praedixerunt, vt puer is olim Persas euinceret; quod euentu postea comprobatum est: Sub eo enim primo Persae serui apud Romanos fuerunt. Quare apud Virgilium ex ea desumptum doctrina legas de victore:

--- viridif; aduelat tempora lauro.

Sed pleraque, quae de lauro diximus, breuiter complectitur Ouidius lib. 1. Metamorph. in transformatione Daphnes: *Cui Deus, At quoniam coniux mea non potes esse,*

Arbor eris certè, dixit, mea: semper habebite Te coma, te cithara, te nostra laure pharetra;

Tu ducibus latis aderis, cum leta triumphis Vox canet, & longas visent Capitolia pompas.

Postibus augustis eadem, fidissima custos Ante fores siabis, roediamq; tuobere quercu. Vtq; meum intonsè caput est iuuenile capillis.

Tu quoq; perpetuos semper gere frondis honores.

Nunc ad Populum noster declinet sermo, coronidem inde operi impositurus.

Laurus
victoriae
praesagium

Ouidius
de Laurus

Triumphantes
lauro coronati.

Prodigij
ante mortem
Caesaris.

Laurus
est in
triumphis
adhibita.

